Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Phaedri Avgusti Liberti Fabvlarvm Aesopiarvm Libri V.

Phaedrus

Rintelii, MDCCXXXVIII

VD18 13044567

Fab. XIII.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17134

Visual Library

(*Maior pars fabulae desideratur: sed haec videtur illius sententia fuisse.)

Cum vero animalia regis sui perpetuam animaduerterent indulgentiam vsumque familiarem: hoc tandem beneuolentiae obtinuit praemium, vt ludibrio esset omnibus: quemadmodum nimia vulgo familiaritas contemtum parit.

Fab. XIII.

* * * *

Postquam lauare coepit poenitentia,
Afflictione veretri, linguam mulieris,
Affinitatem traxit inde obscoenitas.

Expers verecundiae Venus improba semper.

(*Et haec fabula, forsan quod minus esset decora, ad ἐπιμύθιον vsque resecata fuit.)

Nefanda mulieris cum viro consuetudine, postquam illius linguam lauare coepit inexhausta voluptas: praeter opinionem obscoenitas inde orta est.

Fab. XIV.

Prometheus.

Rogauit alter, tribadas et molles mares
Quae ratio procreasset? Exposuit senex:
Idem Prometheus, auctor vulgi fictilis,
Qui simul offendit ad fortunam, frangitur;
Naturae partes, veste quas celat pudor, 5
Quum separatim toto finxisset die,
Aptare mox vt posset corporibus suis;
Ad coenam est inuitatus subito a Libero.